



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Syntagma Iuris || Vniversi, Atqve Legvm || Pene Omnivm
Gentivm, Et || Rervm Pvblicarvm Præcipvarvm,||**

Grégoire, Pierre

Francofurti ad Mœnum, M.D.XCIX.

VD16 VD16 G 2999

9 de Iudice legitimo criminis admissi in via publica, seu regia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-97739](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-97739)

liam principale clerici beneficium habentis, dicitur locus beneficium, cui assidue debet, d. c. postulasti, non autem in non habeat assidue in se residentiam annexam, vt notat Panormita, in ca. 1. eod. Et quot habet quis sacerdotia, totidem habebit principalia domicilia, si annectatur assidue, vt tradit Archidiaconus in can. clericis, l. 1. q. 1. Et in summa, l. 3. q. 6. Iubent autem iura omnibus beneficiis seu sacerdotis residentiam praefectorum, c. ad hoc, de preb. ap. Gregor. quamquam ex dispensatione permittatur aliquando absentia. Vbi etiam quis dignitatem exercet, domicilium habere videtur, vt & ibi possit conueniri, l. 1. vbi senato, vel claris, C. quia & ibi larem fouere dicitur, & habitare, l. tres tantummodo praetores, C. de offi. pref. retro. Se undo domicilium ratione maioris partis patrimonii d. c. postulasti, de fo. compet. d. l. 2. vbi sena. vel claris, et in diuersis locis quis solitus sit habitare, & in vtrique dicitur habere domicilium, l. assumpio, §. filius, & l. Labeo, ad municip. P. Tertio & sumitur domicilium ratione tantum originis & natiuitatis propriae: quamuis quis alterius municipii sit incola. Sic filius dicitur alibi natus, quam pater, sequi originem patris, non domicilium, d. l. assumpio, §. filius, & l. liber, §. patris, eod. ¶ Porro ¶ qui extra loca praedicta sunt, & extra domicilium, dicuntur aduenae & peregrini vbi sunt, si inibi non habeant pergulam vel armarium, l. beres abfens, §. at si quis, de ind. in P. Ex quibus constat, vnus persona plures posse concurrere iudices, quibus vel priuilegia personalia alios posse addere: veluti scholasticis legum tres alii iudices concessi, episcopus, rector provinciae, & doctor sub quo student, const. habi. ne filii pro patre, C. Sunt & dignitatum quarundam alii iudices, & crimina capitalia quaedam & maiestatis, quae propriis, nec ordinariis alicuius horum habent iudices. ¶ Concurrunt ¶ & in aliis criminibus plures eadem potestatem in commissis crimina habentes. Inter quos potior, qui diligentior est, vbi ceptum est iudicium, ibi finem debeat accipere, l. vbi ceptum, & si quis posteaquam, de iudi. in P. cap. postulasti, de for. compet. praeventio facta, vel sola citatione, c. gratum, de offic. deleg. non autem sola libelli portatione iudici facta vel querela proposita, quia ex his non videtur res in iudicium deducta, l. non videtur, de iudi. in P. Quod si iudices, qui aequalis sunt potestatis & aequalem exercere possunt iurisdictionem, circa idem crimen pari diligentia concurrant, vt vterque inquisierit vadimonium vel prehensionem vno & eodem die decreuerit, cum non possit hinc disceri quis praueuerit iudicium, vterque recte cognoscat, donec reus vel alius ad suppreum quoddam tribunal prouocauerit: quod ob concursum iurisdictionum alicui eorum ex integro committat vel remittat, vel sibi notionem causae ob iurisdictionum controuersiam retineat, vt fieri solet. Concurrunt autem in iurisdictione, quia cum pares in ea notione sint, par parem prohibere, ne cognoscat, non potest: nec in parem par habet imperium, l. ille a quo, §. tempus, ad Trebell. in P. l. nam magistratus, de arb. in P. c. cum inferior, de maior. & obid. Dehinc cum quilibet horum habeat iudici iurisdictionem concessam, ad necessitatem officii iustus pertinet, crimina inquirere, & de illis cognoscere. Quippe iudicare munus publicum est, l. quippe iudicare, de iudi. l. nam quod, & l. ille a quo, ad SC. Trebell. l. filiusfamilias, de iis, qui sunt sui vel alii, iur. cui necessitas iudicandi adhaeret, Archid. in l. munerum, §. iudicandi, de muner. & hono. in P. l. pen. §. qui autem, de vac. mun. l. ff. ad magistratum, de decurio, l. 10. C. Et proinde si iudex interpellatur ab eo, qui se passum delictum dicit, tenetur officium ei imparte: alioquin & conuenienti nomine damnorum teneatur, l. 1. §. magistratus, de magistr. conueni. Sic in hac necessitate, & dum in dubio est animus, quis iurisdictione praueuerit, melius est verbis edicti seruire, vt vterque cognoscat, l. 1. §. sed est sciende, de exercit. act. in P. & tutius vtilius sequi, l. si quis mentione ambigua, de iud. in P. vtilius autem nihil, quam purgari provinciam hominibus sceleratis, l. ius vulneratus, ad l. Agul. in P. Quod ad officium moderatori reipublicae pertinet, l. conuenit, de off. presi. l. 4. mandatis, ad leg. tal. peccul. Cuiusque crimen detegitur, quoda pluribus indagatur. Neque argui ideo potest iudex vnus, quod alio de eodem crimine inquirente & cognoscente, ipse quoque prout onus impositum est cognoscat: quia & facti alieni iusta est ignorantia, l. pen. pro suo, in P. ¶ Verumtamen ¶ hic obseruandum est, causam delicti a pluribus iudicibus tractata, reum coram diuersis factum, ad vnum eorum qui praueuerit petere se remitti debere: quod & fieri debet: aliter iusta est prouocandi causa. Neque causae continentia in diuersa tribunalia diuidi debet, l. mil. l. C. de iud. Ne accidat illud absurdissimum, pro eodem delicto

bis eundem puniri, quod iure vetatur, l. senatus, de accusat. in P. l. licet, §. si nam campo, in P. vt ne de eodem crimine bis queratur, l. si cui crimen, §. 1. de accusat. in P. l. sanctio legum, de poen. in P. c. diuina clemencia, de poe. dist. 4.

De Iudice legitimo criminis admissi in via publica, seu regia. Cap. 9.

- 1 Via publica commissum crimen, cuius iudicis habeat forum.
- 2 Indices regi non soli priuative super alicui cognoscunt de delictis commissis in via publica, & 3, & 4.
- 3 Via publica, via regia.
- 4 Viarum publicarum cura ad quos pertinet.

¶ Via ¶ incidimus in concursum iurisdictionum, quotidiana & vtilis quaestio paucis explicanda, quae legitimum quaerit iudicem in delicto in via publica commissio: in ditione tamen & territorio dominorum, qui habent imperium ratione iurisdictionis, & proprios ordinarios iudices quive aliquando in ea via publica habent confines & conterminas iurisdictiones: & ita inter se, & cum regis iudicibus concurrunt. ¶ Igitur ¶ filius criminis cognitio primum ad regios videtur pertinere iudices, tanquam via publica ad regium territorium pertinente: nam ea, via regia dicitur, Num. c. 21. & inter regalia via publica, & flumina constituuntur, §. 1. qua sunt rega. in Feud. Sic Vlpianus in l. 2. §. viarum quaedam ne quid in loco pub. in P. vias publicas a Graecis dicitur esse βασιλικας, & Latinis praetorias, & consulares vocat, quarum solum relictum publicum est ab eo, quibus habet publicandi. ¶ Erat ¶ antiquis Romanis aedilibus Curulibus l. pen. §. de via pub. circa fin. de mandata viarum cura, quae secundum ciuitates erant: sic eorum iurisdictione ratione illius muneris protendebatur extra ciuitatem Romanam. Eaq; ratione & iurisdictionem habebant delictorum in vi s commissorum: ait enim lex d. l. pen. in si. & eorum munus esse ne fernerit rixari homines in viis. Meminit Dio Cassius l. 54. hist. Rom. Octavianum Caesarem viarum curatorem constitutum, & eos qui viis reficiendis praesent, praetorios viros, qui binis licitoribus vterentur, designasse. Nemo autem ambigit licitors fuisse ministros & executores criminalium sententiarum, vt & illam notionem eis curatoriibus competere nequeat dubitari. Neque iurisdictionales dominos, ratione iurisdictionis concessae territorii, quae publicis in perpetuum relictas sunt vrbibus, vlllo modo vsurpare posse: quia inalienabilia sunt, l. continuis, §. cum quis iuncta gl. in ver. relicta sunt, de verb. obl. in P. & nullius in bonis censentur, l. in tantum, de ver. diuis. in P. Proinde magistratus aliquando proprii constituti sunt quatuor viri qui curam viarum agerent, l. 1. §. eodem tempore, de orig. iur. in P. Et hoc interest inter vias vicinales, & publicas: quod vicinales factae sint ex vicinorum agrorum collatione: publicae non item, vel si inde factae sint, tamen non exstat memoria, l. si de loc. & itin. pub. Quare ne videtur haum viarum iurisdictione pertinere ad dominos iurisdictionem habentes in vicinis agris, quia ex illis via publica non constant, l. 2. §. viarum quaedam ne quid in lo. pub. P. ¶ Ceterum ¶ Petrus Iacobus in praxi, c. de libel. super iurisd. circ. finem §. quaestio nunc, scribit, iurisdictionem in via publica eorum esse, qui circum eam iurisdictionem habent. Quia, inquit, certum est, vias publicas initio suae publicationis fuisse de solo Feudorum priuatorum, facit l. 3. de lo. & itin. publ. P. Neque omnino & in toto falsum vel immutatum dicitur, quod primordio veritatis adiunatur, l. cum filius, 78. §. heres meus de leg. 2. Et origo obligationis potius inspicitur, quam titulus actionis, l. tutor, de fideiuss. l. quid de don. in P. §. filius ad Maced. C. Adfert & alias rationes P. Iaco quae quibus reici possint facile, & prior sententia videatur pbabilior, obtinent in Gallia, vbi patrimoniales sunt iurisdictiones dominis quibus rex concessit, P. Iac. circa fin. in de succ. reg. Fran. Nec quiqua dubitat principis priuato vsu, & seruitutem etiam publicae viae posse concedere, l. seruitutes praediorum, §. publico, de seruit. §. re. arum, de ver. diuis. l. ego, de ac. rer. do. in P. Et vendi viam publicam priuatis, vel alio modo concedi posse per principem & populum notat Bartolus in l. 2. §. viam publicam, ne quid in lo. pub. in P. Et si ager vendatur recepta padio, vt accedat & ei vicina via publica, l. id quod, ost. emtionem, §. fin. de peri. & commod. rer. vend. Et meo quidem iudicio ita expedit potius ordinarios iudices locorum, de his delictis, quae intra iurisdictionem suam in viis regis & militibus admittuntur, cognoscere: ne dum regis expectatur, vel pereat probatio, vel reus effugiat. Et ne legnes sint domini locorum in expurgandis sceleribus, dum ad aliorum notionem pertinere causarentur.

Num Magistratus Municipales, vt Consules, vel Capitolini, vel Etcheuini dicti, possint de criminibus cognoscere. Cap. 10.

- 1 *Magistratus municipales num possint cum ordinariis in criminum cognitione concurrere.*
Defensores ciuitatum quando constituti, eod.
- 2 *Tribunus plebis non erat magistratus, nec gerebat purpuram. Eius potestas & auctoritas.*
Appellandi potestas libertatis arx, eod.
Domus tribunorum semper noctis aereque aperta esse debebat, eod.
- 3 *Questores parricidii Romae qui.*
- 4 *Prator quaestorium criminalium iudex, & quomodo alios iudices aaret.*
- 5 *Triumviri capitales qui.*
- 6 *Consules & Capitoli nostri fere similes officio praefectis urbi.*
- 7 *Imperium num consuetudine vel praescriptione quaratur.*
- 8 *Ciuitates suis legibus viuentes liberae.*

Anceps est controuersia, num possint municipales magistratus cum aliis iudicibus regis vel ordinatis in criminum notione concurrere. Mouet enim primum quaestionem, iure ciuili, vt plerumque criminum iudicium ad moderatorem provinciae reuocari, l. vxor tua. l. si crimen. l. de crimine, l. si orem qui accusa. l. off. C. l. congruit de officio praefecti. l. 4. §. mandatis ad l. l. l. epet. l. l. uia crimina, de accusatio. in P. De hinc gladii potestas imperii est, l. imperium de iurisd. om. iudi. & quae imperii sunt, non competunt magistratibus municipalibus. l. ea, que ad municipales in P. l. magistratibus municipalibus de iurisd. om. iud. P. Saltem grauiora crimina ab eorum iurisdictione exenta videntur, vt potest cum de defensoribus ciuitatum sic scriptum sit, §. audient, de defen. ciuit. coll. 3. *Auateni quoque leuiora crimina, & castigationi competentis tradent: & eos qui maioribus criminibus premuniur, derudent in carceres, & mittent ad provinciam praesidem. Sic enim fuerunt ciuitas quaeque cura iudiciali, & omni gens sub maiori constituta iudice, maiorem sentiet praesidentiam. Notauit autem Iason in l. magistratibus de iurisd. om. iudic. defensorum nomen ad magistratus municipales pertinere, eo quod tempore Pandecti non essent defensores adhuc ciuitatum. sed sit eorum inuentio recentior. Videretur & concessa tantum defensoribus ciuitatum, audiendarum ciuiliu seu pecuniarum causarum facultas, l. 3. de defensor. ciuili. Cod. Atque si deprehendissent provinciales grauari a susceptoribus maioribus mensuris, non ipsi iudicabant, sed cum libello querelae propriae ad iudicium aliorum dirigere debebant cum ipso fraudis indicio, l. penult. eod. §. Subinde, ¶ nec qui apud Romanos curam habebat populi tribunus plebis, proprie magistratus dictus est: deo & quasi magistratus non esset, si credamus Plutarcho in Problem. non vtebatur purpura. Neque illi erat vocatio, sed tantum prehensio: quia tribunus plebis, qui summam habebat potestatem, vt neque subireturi dicatoribus, teste Polybio in 3. §. 6. lib. creatus, non iuris dicendi gratia, nec vt cognosceret de causis querelae absentium, sed intercessionis causa, vt iniurias se praesente factas coerceret: a propterea ius ad se vocandi ademptum, quoniam vt vim fieri vitaret praesentis oculis opus erat auctore Gellio libr. 13. cap. 12. Quare nec licebat illis Romae abesse per integrum diem, tanta erat illorum altitudo necessaria, vt ait Macrobius lib. 1. Satur. ca. 1. Et narrat Lilius libro 5. Dec. 1. Camillum palam plebem arguisse, quod iam in suos versa non intelligeret, se prauo iudicio tribunus intercessionem sustulisse: quod intercessione sublata, & potestatem tribuniciam deleuisset. Vnde & idem Lilius duas arces dixit in 3. libertatis tuendae, tribunum auxilium, & proocationem. Eo quod appellabantur tribuni contra vim magistratum. Quod factum institutumque, vt nunquam domus tribunorum Romae clauderentur, nec noctu quidem, vt auxilio indigentibus ianua pateret, quasi portus quidam, & praesidium periclitantium, vt scribit Plutarchus in Problem. ¶ Sed ¶ & Romae erant quaestores parricidii, iudices a populo, qui de capite cuius indicarent constituti, postquam hoc ius consilibus ademptum fuit, teste Pompo. Iurise. l. 2. §. Et quia vt diximus de orig. iur.*

¶ Eratque ¶ prator publicorum iudiciorum quaestoris officio functus qualis apud Virgilium 6. Aeneid. Minos inferorum iudex quaestor dicitur, qui vnam iudiciorum moueret. Ique prator postea ad expedienda iudicia facilius publica, seligebat quinque & quinquaginta viros, vt constat ex oratione Cicer. in Pisonem, & fave explicat Budaeus in l. si. §. iudicandi quoque necessitas de mun. & hon. in P. Et eo modo intelligendus locus Martiani Iuriconsulenti in l. 1. ad l. Cornel. de ficar. in P. dum agit de eo, qui publico iudicio praest. pro pratore & quaestore, qui & magistratus iudexve quaestionis. ¶ Subferuiebantque ¶ iis triumviri capitales, qui carcerum custodiam habebant, vt cum animaduertit oporteret, eorum interuentu fieret, l. 2. §. eodem tempore constituti sunt, de orig. iur. Possent istis alia cumulare adiciere. Ceterum, cum ea potius ad contentiorem, quam rei propositae veram conclusionem pertineant, superfedeo, contentus quid de ea quaestione sentiam, in pauca contulisse. ¶ Dico ¶ itaque eos, qui ciuitatum oppidorum, & pagorum negotia cum iurisdictione petractant, posse praefectis vbi potius conferri, vt illis fere eadem sollicitudo demandata videatur: & vt cognoscant de iisdem negotiis, quae adferant & enumerat Vlp. dum de illis agit in l. 1. de off. praef. urb. lib. 1. P. tit. 12. Inter quae & notio criminum, quae in vrbe committuntur, conceditur, castigatio quoque & poena. Adtingit Bart. in l. 1. nu. 3. de dam. inf. in P. & distinctionem aliam, vt quarundam ciuitatum magistratus sint, veluti rectores provinciae: quia habent illas ciuitates instar capituli, vt sunt plures in Italia: & tunc, inquit, rectores earum ius gladii habent, & maitus imperium, quae quilibet alius eius provinciae, l. 4. §. l. i. l. i. §. qui vniuersus de off. praef. in P. l. 1. de off. vel. prouin. Aliae autem ab his ciuitates sunt, quae non constituunt temp. quibus de iure communi conceduntur iurisdictiones vsq; ad certam & statam ciuiliu causarum estimationem, & cognitiones leuiorum criminum tantum, sine imperio mero, vt dicunt, vel mixto §. audient. & §. indicare, §. suspirandum in fine, de defen. ciuit. in Auth. l. 1. C. eo. l. ea qua. ad municip. Porro aliud genus ciuitatum, quibus & iure communi concessum est merum imperium: sicuti ciuitati Romanae, l. de offic. praef. urb. in P. l. cum prator, §. item, de iud. in P. & aliis quibusdam Insulrum seu Longobardiae, ex privilegio Frederici Caesaris in constitut. de pace consil. nos Romanorum, in vrb. seu domo. Sunt & aliae ciuitates, quibus ex lege municipii competat iurisdictione diuini iuris quum ius ciuile non comprobatur, sed conferatur, l. de eman. lib. C. secundum morem litigantium, l. magistreria, de iurisd. om. iud. C. Neq; quisquam ambigit praescribi posse quae meri imperii sunt, vt habere gladii potestatem, vt docet Iason, Bartol. Albe. in l. imperium, eod. Angelus in l. vscapioni. b. de vscap. in P. Panor. in c. peruenit, de censibus in P. & alii §. off. in l. viros, in ver. obuiat, de dno. off. lib. 1. C. Vt & Petrus Iacobus in sua praef. titu. de consilio in rem a dno. circa finem, scribit, iurisdictionem dari posse ab hominibus municipii vel ciuitatis, qui habent vniuersitatem, si per decem annos illi, vel maior eorum pars, iud. cum aliquem adierint, quem sciebant incompetentem: & vetustas pro lege haberetur, l. 2. de aqua pluui. in P. l. 2. de fund. lim. l. 1. lib. 1. C. l. si amicus omnia C. de testam. Mosque maiorum iurisdictionem firmat, l. more maiorum, §. l. & quia, de iurisd. om. iudi. in P. l. cum prator, §. item, de iudic. P. Proinde consuetudinem illam praef. triptam, & in iudicialibus actibus obseruam, l. 3. §. fin. de test. in P. & de iurisdictione in c. cum contingat, de foro compe. ca. ad hac, c. audientibus, de excess. praef. a. c. irrefragabili, §. excessus de offic. ord. ca. cum olim, §. auditis, de praescrip. Et Cynus putauit merum & mixtum imperium praescribi posse, in l. 1. C. de emancip. liber. quanquam Hostiensis in lectur. ca. cum contingat, de fo. compe. Franciscus Curtius, & alii quidam non existimant imperium mixtum vel merum, sed tantum iurisdictionem praescribi posse. Quos tamen non opinor sequendos, cum iura videantur ex diametro illis aduersari, iura proxime citata, & c. cum contingat. Quibus accedit, quod cum a Principis distributione iurisdictionis pendeat, l. 1. ad leg. Iuliam de ambi. in P. is videatur patientia concessisse. Quodcunque enim per principem est concessibile, idem quoque est praescribibile, l. quod Principis, de aqua pluui. arden. P. ¶ Et ¶ quanquam ¶ interpres Baldus Iason, Albericus, & alii in l. imperium, de iurisdictione om. iudic. & in l. 1. de emancipat. liber. Cod. nunc, an praescribi possit imperium merum: tamen id communi calculo receptum est, nihilominus consuetudine competere posse, traditis differentiis inter praescriptionem, & consuetudinem: vt & notat Hostiensis in ca. 2. de purgat. c. no. exceptis iuribus, quae dominium superius, vel potestatem supremam respiciunt, quae nullo possunt usurpari modo, l. comperit de praescrip. v. l. 40. ann. C. ca. cum ex officio de praescrip.

¶ Sunt ¶ & quaedam ciuitates & oppida, quae se dederunt Principibus, vel alio modo in eorum ditionem venerunt, saluis & integris suis moribus, ea lege scilicet, vt suis legibus viuerent liberae, & quae nihilominus comiter principis oblerant maiestatem,